

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliae Super Ezechielem

Gregor <I., Papst>

[Basel], 1496

Incipit Omelia. IX. que secundum capitulum interpretatur: ab illa parte in principio capituli:[...] Fili hominis quodcumque inveneris comede

[urn:nbn:de:bsz:31-313454](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-313454)

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

erga miracula redemptoris nostri iudeo-
rum perfidia: etiā ex verbis propheti-
cis descripsisset: adiungit dicens: **Hec dixit**
esaias quādo vidit gloriā eius: et locutus
est de eo. **Et si ezechiel vidit quid est qd**
est similitudinē glorie: et ille eius gloriā
vidisse describit. Sed cū iohannes euan-
gelista p^r miracula redemptoris nostri
narravit: atq; infidelitatē iudeoꝝ postmo-
dum subdidit: hāc eiusdem redemptoris
nostri gloriā que in mūdo apparuit e saīa
vidisse manifestat. **Omne enim qd in ter-**
ra mirū diuinitus agit: gloriā omipoten-
tis dei est: et eius gloriā in omībus factis
videt. **Isaias ergo eius gloriā in terra vi-**
dit: ezechiel vero eius gloriā in celo sicu-
ti est: videre non potuit. Quia aliter est
gloriā eius in rebus factis: atq; aliter in
semetipso. **Hec ergo eius gloriā que in re-**
bus est videri potest: illa vero que in ipso
est modo: nisi per similitudinē nō potest.
Sed et si eandem similitudinē glorie: vel
subleuatus portare ppheta potuerit: ag-
noscamus. Sequit̃.

Et vidi et cecidi in faciē meā.
Quid ergo de hoc viro fieret: si ita ut est
eius gloriā vidisset: si ferre nō valens ce-
cidit. Quia in re cū magno merore pensa-
re et cōsiderare cū lachrymis debemus:
in quantā miseriā et infirmitatē cecidim⁹
qui et ipsum bonū ferre non possumus: ad
quod videndū creati sumus. Est tamen et
aliud de ppheta factor: quod cōsiderem⁹
in nobis. **Propheta enim mox ut glorie do-**
mini similitudinē vidit: in faciē suā ce-
cidit: cuius similitudinē glorie quia nos
per spiritū ppheticē videre nō possumus:
hāc assidue cognoscere: et sollicite cōtem-
plari in sacro eloq; in celestibus montib⁹
in pceptis spiritualibus debemus. Qui cū
aliquid de deo aspiciamus: in faciē nostrā
cadim⁹: qz ex malis erubescim⁹: que nos
meminim⁹ perpetrasse. **Ibi enim cadit ho-**
mo ubi paulus quasi quibusdā in facie iacētib⁹ dicebat: **Quē**
ergo fructū habuistis tūc in illis in qui-
bus nūc erubescitis. Rom. 6. Ecce cele-

stis gratie dono largiēte obuolutū myste-
rijs libri initiū in ezechiel ppheta discas
simus: et dicta mystica moraliter differē-
tes: volantē propheta hystoria a terra ex-
traximus. **Et que prius paruulorū anime**
mibiq; simillū volabat: sed nō eleuabat:
tam nūc ab eis legat et cognoscat: euolet
et leui. t. Agamus ergo gratias redempto-
ri nro: qui spiritali sp alimēto nos reficit:
qui panis vltus descendit de celis: et dat
vitā mundo. Qui vivit et regnat cum pa-
tre in vnitate spiritus sancti deus: per om-
nia secula seculorum Amen.

Explicit omelia. VIII.

Incipit Omelia. IX. que se-
cundū capitulū interpretat̃: ab
illa parte in principio capituli:
Et audiui vocē loquentis: vsq;
ad illam partē in principio ter-
tij capituli. Fili hominis quod
cūq; inueneris comede.]

Initū libri in ezechiel prophe-
tā: magnis obscuritatib⁹ clau-
sum: et quibus mysterioꝝ nos-
dis: ligatū in omelij octoꝝ deo
dño nro iesu xpo largiēte discissim⁹. **Nūc**
nūc planiora sunt: et minus difficilia que
sequitur. **Baritati itaq; vestre cū loqui-**
mur: eidē omnipotēti deo gratias referē-
tes: quia post tot opaca siluarū: tandē le-
ti ad campos exiim⁹: in quibus liberis
gressibus locutiōis nostre in trepidū pes-
dem ponam⁹. **Ecce enim postq; propheta**
similitudinē glorie dñi cōtēplatus in fa-
ciem suā cecidit: adiūgit.

Et audiui vocē loquentis et
dixit ad me: Fili hominis sta su-
per pedes tuos: et loquar tecū.]

Ubi adhuc subditur.

Et ingressus est in me spiri-
tus postq; locut⁹ est mibi: et sta-

tuit me supra pedes meos.]

Ecce diuina vox iaceti prophete iussit ut surgeret: sed surgere oino non posset: nisi in hac omnipotentis dei spiritus intrasset. Quia ex omnipotentis dei gratia ad bona opera conari quidem possumus: sed hec implere non possumus: si ipse non adiuuat qui iubet. Sic paulus cum discipulos admoneret dicens: Cum metu et tremore vestram salutem operamini. Philip. 2. illico quis in eis hec ipsa bona opera operaretur: adiunxit dicens: Deus est enim qui operatur in vobis: et velle et perficere pro bona voluntate. Hinc est enim quod ipsa veritas discipulis dicit: Sine me nihil potestis facere. Jobis. 15. Sed in his considerandum est: quia si bona nostra sic omnipotentis dona sunt ut in eius aliquid nostrum non sit: cur nos quasi pro meritis eternam retributionem querimus? Si autem ita nostra sunt: ut bona dei omnipotentis non sint: cur ex eis omnipotentis deo gratias agimus? Sed sciendum est: quia mala nostra solummodo nostra sunt. Bona autem nostra omnipotentis dei sunt et nostra. Quia ipse aspirando nos preuenit ut velimus: qui adiuuando subsequitur: ne inaniter velimus: sed possumus implere que volumus. Preueniente ergo gratia et bona voluntate subsequente: hoc quod omnipotentis dei donum est: fit meritum nostrum. Quod bene paulus breui sententia explicat dicens: Plus illis omnibus laboravi. 1. Corinth. 15. Qui ne videret sue virtuti tribuisse quod fecerat adiunxit. Non autem ego sed gratia dei mecum. Quia enim celesti dono preuentus est: quasi aliter non se a bono suo opere cognouit dicens: Non autem ego. Sed quia preueniens gratia liberum in eo arbitrium fecerat in bono: quo libero arbitrio eandem gratiam est subsecutus in opere adiunxit. Sed gratia dei mecum. Ac si diceret: In bono opere laboravi: non ego: sed et ego et gratia. In eo enim quod solo domini dono preuentus sum: non ego. In eo autem quod donum voluntatis sum subsecutus ego. His igitur breuiter contra pelagum et celestinum viciis ad exponendum ordinem redeamus.

glum et celestinum viciis ad exponendum ordinem redeamus.

Fili hominis sta super pedes tuos et loquar tecum.]

Notandum nobis est ordo locutionis et operis: quia prius similitudo glorie domini appareret ut deiciat: postmodum alloquitur ut eleuet: deinde superabundantis gratie spiritum mittit et leuat: ac supra pedes statuit. Nisi enim aliquid de eternitate in mente videremus: nunquam in faciem nostram penitendo caderemus. Sed iam iacetes vox domini mini consolatur: ut in opere surgamus: quod tamen nos facere nostra virtute non possumus. Ipse ergo nos spiritus implet eleuat: et super pedes nostros statuit: ut qui prout in penitentia pro culpa iacuitumus: recti postmodum in bono opere itemus. Sed stans propheta quid audierit adiungit dicens:

Et audiui loquentem ad me et dicentem: Fili hominis: mitto ego te ad filios israel: ad gentes apostatrices: que recesserunt a me.]

Sic propheta describit sua: ut significet nostra. Nam quid est hoc quod ei iacenti dicitur: Sta super pedes tuos et loquar tecum? Qui enim iaceti loquebatur: cur non se iuncti statim promittit esse locuturum? Sed sciendum quia alia sunt que iacentes: alia que stantes audire debeamus. Iacenti enim dicitur ut surgat: stanti autem precipitur ut ad predicationem proficisci debeat. Adhuc enim nobis in infirmitatis confusione iacentibus preberi non debet auctoritas predicationis. Sed cum iam in bono opere surgimus: cum iam recti stare ceperimus: dignum est ut ad lucrandos alios in predicatione mitti debeamus. Stans ergo propheta visionem spiritalem vidit et cecidit. Adens vero iam monitionis verbum suscepit ut surgeret. Surgens autem preceptum audiuit ut predicaret. Nam qui adhuc ex superbie vera

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

rice stamus: cū iam de eternitatis timore aliquid sentire ceperimus: dignū est vt ad penitentia cadamus. Et cum infirmitate nostra subtiliter cognoscētes humiliter lacemus: per vluini verbi cōsolationē surgere ad fortia opa iubemur. Et cū iam in bonorū operū soliditate persistimus: necesse est vnde nosmetipsos corripimus: inde iam predicātes et alios leuamus. Iacēti ergo non precipit vt ad predicationē pergat: ne infirmus quisq; hoc quod verbo edificare potest: opere destruat. Ande recte quoq; per psalmistā dicit: **E**duxit me de lacu miserie et de luto fecit et statuit sup̄a petra pedes meos: et direxit gressus meos: et immisit in os meū canticū nouū h̄ymnū deo nostro. ps. 39. Prius em̄ de luto prauitatis educit: vt eius pedes per fidē in petra solidentur. Sed quia recta fides recta subsequi debet operatione: gressus eius directi sunt: vt post directionem gressuū: id est post perfectionē boni opis: in ore acciperet etiā nouū canticū predicationis. Sic saulus dñi superbo damascū pergeret redemptionis voce prostratus iacuit. Actū. 9. Et qui predicator futurus erat: nō tñ mox vt predicaret qđ viderat audiuit. Sed iacēti dicit: Ingrede in ciuitatē: et dicetur tibi quid te oporteat facere. Iacens ergo hoc solū audire potuit: vt surgēs disceret quod audiret alis audierat. Surgens vero hoc didicit: vt que cognouerāt predicaret. Sed querendū nobis est: cur ezechiel et paulus in facie cadunt: et de ascensore equi: id est de eo qui in huius mūdi gloriā eleuatus est dicit: vt cadat ascensor eius retro. Genes. 49. Rursusq; de persecutorib; hominib; scriptū est. Abierūt retrosum et ceciderūt in terrā. Iobis. 18. Quid est hoc quod electi in facie: et reprobi retrosum cadunt? Nisi quod omnis qui post se cadit: sibi proculdubio cadit vbi non videt: qui vero ante se ceciderit: ibi cadit vbi videt. Iniqui ergo quia in inuisibilibus cadūt: post se cadere dicūt: quia ibi corruūt: vbi quid eos tūc sequat: modo viderenō pos-

sunt. Iusti vero: quia in istis visibilib; se metipsos sponte deiciūt: vt in inuisibilibus erigant: quasi in faciem cadūt: quia timore compūcti videntes humillantur. Notandū vero quod dicit:

Beditto ego te ad filios israhel ad gentes apostatrices que recesserunt a me.]

Sicut em̄ duobus modis a deo recedit: ita duobus modis a deo apostate hoies sūt. Nam vnusquisq; a cōditore suo: aut fide recedit: aut opere. Sicut ergo qui si de recedit apostata est: ita qui ad peruersum opus qđ deseruerat redit: ab oīpotēti deo apostata absq; vlla dubietate deputabit: etiā si fidē tenere videat. Anū em̄ si ne altero pdesse nil valet: q; nec fides sine opib; nec opa adiuuāt sine fide: nisi fortasse p fide percipiēda sūt. Sicut cor nelius ante p bonis opibus meruit audiri q; fidelis existeret. Act. 10. Quare colligat: q; bona opera pro fide percipiēda faciebat. Nam cui ab angelo dicitur: Oratōes tue et elemosyne tue ascenderūt: in memoriā in conspectu dei. Ibidē. et mox pro eadē ascensione precipit: vt ad symonem mittat: qui ei veniēs predicare debeat: constat quia hoc petijt: vnde meruit exaudiri. Sequit̄.

Patres eorū preuicati sunt pactum meū vsq; ad diem hanc et filij dura facie et idomabili corde sunt ad quos ego mitto te.]

Ecce est vna culpa superbie: quia preuicati sunt pactū. Ecce altera obstinatio: quia vsq; ad diē hanc. Ecce in iniquitate filiorū culpa grauis impudētie: quia dura facie: quoniā mala que faciūt tam: nec erubescūt: et nunq; vel post culpas ad penitentiam redeūt: quia indomabili corde sunt. Cum vero tante prauitatis: tanteq; obstinationis sint hī: ad quos propheta mittit: quis iam nō videat quod persona prophete a tam peruersis hominibus

despici valeat: Sed ecce auctoritas personae tribuit: cum subdit.

Et dices ad eos: Hec dicit dominus deus.]

[Nisi aperte diceret. Quia si ex te despiceris: a mea voce necesse est ut loquaris ne contempnaris: ipse qui mittit vires tribuit verba mea proferens ostende qui misit. Sequitur.]

Si forte vel ipsi audiant: et si forte quiescant: quia domus exasperans est.]

[Dum constat quod omnipotens deus omnia sciat: mirandum valde est cur dicat: Si forte audiant: et si forte quiescant. Quia propter sciendum nobis est: quia ista dubitatio locutionis dei non ex ignorantia: sed ex alia qua significatione descendit. Nam quis nesciat quod qui fecit et videt omnia: omnia sciat? Et per semetipsum veritas in euangelio de antixpi predicatozibz dicit. Habuit signa magna et prodigia: ita ut in errorem inducantur: si fieri potest etiam electi. Matth. 24.]

Cur hoc sub dubitatione dicit: cum quid futurum sit a domino presciat. An vero e duobus est. Quia si electi sunt: fieri non potest. Si autem fieri potest: electi non sunt. Et tamen dicit ut in errorem inducantur: si fieri potest etiam electi.]

Ista ergo officii sermonis dubitatio: ex electorum cordibus designatio reprobationis fuit: quia qui electi sunt ad persistendum per signa predicatorum antixpi temptabunt ad cadendum. Per hoc ergo quod dicit si fieri potest: hoc exprimit: quod electi in corde temptabunt. Rutant enim sed non cadunt. Dicit ergo si videri potest: quia trepidabunt: et tamen dicunt electi: quia non cadunt. Dubitatio itaque sermonis a domino in electis exprimit dubitationem mentis: quos et electos nominat: quia cernit quod in fide et bono opere persistunt. Unde hic quoque dicitur.]

Si forte audiant: et si forte quiescant.]

[Per hoc enim quod dicit: Si forte: quia

ex magna multitudine pauci audituri sunt demonstrat. Per dubitationem ergo sermone dei quid significat aliud: nisi paucitas auditorum? Notandum vero quod postquam mala parentum defunctorum dixerat: mittens prophetam ad filios dicat: Si forte vel ipsi audiant: et si forte quiescant. Quid est dicere: vel ipsi: nisi quia eorum patres qui in culpa defuncti sunt: audire noluerunt. Pensamus rogo quae virtus sit in hoc divini sermonis defectu: ut dicat: Si forte vel ipsi audiant. Nobis hoc aperte dicit: qui afflictio: obsequi aliis oppressi: conclusi: omnia quae in hoc mundo habuimus bona perdidimus: verbes virutas: eversa castra: depopulatos agros suffossas ecclesias videmus: et tamen adhuc parietes nostros ad iniquitates sequimur: ab eorum elatione quam videmus non mutamur. Et illi quidem inter gaudia nos vero quod est gravius inter flagella peccamus. Sed ecce omnipotens deus iniquitates iudicans: iam priores nostros abstinuit: iam ad iudicium vocavit: nos adhuc ad penitentiam expectat: nos ad reuerendum sustinet. Et qui in illis iam iudicium exercuit: nobis suae patientie longanimitatem praeget: ne cum nostris prius perdat dicens:

Si forte vel ipsi audiant: et si forte quiescant: quia domus exasperans est.]

[Omnia enim etiam post acceptam fidem in peruersitate sua: aut permanentes: aut reuerentes domus exasperans vocat: quia enim quem per fidem suscepit: repellit a se prauis moribus habitatorum deum. Nam domus inabitata a domino: si ergo domus quare exasperans? Si ergo exasperans quare domus? quae videtur iam non inhabitata? Sed domus: quia in ea deus per fidem habitare cepit. Exasperans vero est: quia ab ea prauis moribus repulsus existit ut vacua remaneat: quam prius celestis inhabitator replebat. Unde etiam sicut veritatis voce cognouimus: nequissimus spiritus cum septem alijs residentibus domum scopolis mundatam inuenit: quia mentem a virtutibus alienam replet. Sequitur

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

¶ Et scient: quia propheta fuerit in medio eorum.]

¶ Malis scire bonos aut ad adiutorij salutis proficere: aut ad testimonij damnationis solet. Sciatur ergo quia in medio eorum propheta fuerit: ut audita predicatione aut ad iuuent ut surgant et conuertentur: aut sic in iniquitatibus eorum dampnentur: ut excusatione careant. Sequitur.

¶ Tu ergo fili hominis ne timeas eos: neque sermones eorum metuas: quoniam increduli et subuersores sunt tecum: et cum scorpionibus habitas.]

¶ Patet ad quam peruersos in predicatione mittit: qui ne timeat amonet. Et quod praui atque peruersi quique bona sibi loquentibus alia iniqua faciunt: et adhuc alijs alia alia minantur propter illa que faciunt dicunt. Ne timeas eos. Et populus hoc quod minatur adiungit. Neque sermones eorum metuas. Et certe: quia reprobi atque iniqui et mala bonis ingerunt: et eorum semper actibus derogant. Propheta missus ammonetur: ne eorum vel crudelitate aut furore metuat: vel verba pertimescat. In hoc itaque quod dicitur: ne timeas prophetam dat auctoritas predicationis. Et quia omnes qui in deo viuunt: organa sumus veritatis: ut sepe per alium mihi: sepe vero alius loquatur per me: sic nobis boni verbi inesse auctoritas debet: ut et is qui praestitit dicat recte libere: et is qui subest inferre bona humiliter non recuset. Bonum enim quod maiori a minori dicitur: tunc vere bonum est: si humiliter dicatur. Nam si rectitudo scribendi humilitate loquendi perditur: radicem sensus in ramo lingue viciat. Quod videlicet viciu iam non ex ramo: sed ex radice est: quia nisi cor intumesceret: lingua minime superbiat. In esse ergo ad loquendum priorum humilis auctoritas: inesse autem minori libera humilitas debet. Sed sepe in hominibus ipse loquendi ordo confunditur: sicut et longe superius

diximus. Nam aliqui quis per timorem elationis loquitur: et loqui se per auctoritatem libertatis existimat: et aliquando alius per stultum timorem tacet: et tacere se per humilitatem putat. Ille locum sui regiminis attendens non metit sensum timoris: iste locum suae subiectionis considerat: timet dicere bona que sentit: et ignorat quantum charitatis reus efficiat tacendo. Sic vero sub auctoritate superbia: et humanus timor sub humilitate se palliat: ut sepe nec ille valeat considerare quid deo: nec iste quid debeat proximo. Nam ille eos qui sibi subiecti sunt conspiciunt: et ei cui omnes alii omnia subiacent non intredit in elatione attollit: et de elatione attollit: et de elatione sua velut de auctoritate gloriatur. Iste vero nonnunquam dum timet ne maioris gratia amittat: atque per hoc aliquid temporalis dampni sustineat: recta que intelligit occultat: atque apud se tacitus ipsum timorem quo constringitur: humilitate nominat. Sed ei alii eum cui nihil vult dicere: tacendo in cogitatione odij dicunt: sicut ut unde se humile existimat: inde grauius sit superbus. Discernenda ergo semper sunt: libertas et superbia: humilitas et timor: ne aut timor humilitate: aut superbia libertate fingat. Ezechiel itaque quia non solum populo: sed etiam senioribus loqui mittebat: ne incautum timorem humilitate crederet: ut timere non debeat ammonetur dum dicitur: Ne timeas eos. Ac ne forte derogationis eorum verba pertimescat adiungit. Neque sermones eorum metuas. Cur autem linguas derogantium timere non debeat: etiam causa subiungit cum protinus subinfert. Quoniam increduli et subuersores sunt tecum et cum scorpionibus habitas. Timendi enim essent hi quibus loqui mittebat si in fide et opere deo omni potestati placuissent: quia autem increduli et subuersores sunt: in suis sermonibus derogantes: timendi non sunt: quia stultum valde est si illis placere querimus: quos non placere domino scimus. Debent autem haberi in metu et reuerentia iudicia iustorum: quia membra omnipotentis dei sunt: hoc ipsi in

terra reprehendunt quod dominus redarguit
e celo. Nam peruersorum derogatio vite no-
stre approbatio est: quia iam ostendit nos
aliquid iusticie habere: si illis displicere
incipimus: qui non placent deo. Nemo et-
iam potest in una eademque re omnipotenti
domino atque eius hostibus gratum existere. Nam
deo se amicis denegat: qui eius placet ini-
mico inimicis veritas aduersabit: qui ei
de veritati in mente subiungat. Unde san-
cti viri in vocis libere increpationis succe-
ssi: eos ad sua odia excitare non metuunt:
quos deus diligere non cognoscunt. Quod
propheta ardens exhibens creatori om-
nium quasi in munere obtulit dicens: Non-
ne qui te oderunt deus odia illos: et super
inimicos tuos tabescebam: perfecto odio
oderam illos: inimici facti sunt mihi. ps.
138. Ac si aperte dicat: Pensa quantum te
diligas: qui tuorum hostium excitare contra me
inimicitias non pertimesco. Hinc iterum di-
cit: Qui retribuebant mala pro bonis de-
traherant mihi: quoniam subsecutus sum
iusticiam. ps. 37. Bonum valde est quod ius-
tus tribuit: quando male agentibus libe-
ra voce contradicit. Sed peruersi mala pro
bonis retribuit cum iustis derogant: quia
contra eos iusticie defensionem seruant.
Non enim iusti humana iudicia: sed eter-
ni iudicis examen aspicunt: atque ideo de-
rogantium verba contempnunt. Hinc ete-
nim derogantibus corinthiis paulus di-
cebat. Mihi autem pro minimo est: ut a vo-
bis iudicer aut humano die. 1. corinth.
4. Qui nec in corde suo unde se reprehē-
dere potuisset inueniens adiungit. Sed
neque meipsum iudico. Auidens autem: quia
ei ad perfectionem sanctitatis nec suum iudi-
cium sufficeret: subdidit. Sed non in hoc ius-
tificatus sum. Cur vero nec sibi metipsum
de seipso credidit: causam reddidit cum sub-
iunxit. Qui autem iudicat me dominus
est. Ac si aperte dicat: Nec ego de meo
iudicio credendum existimo: quia ille me
iudicat: cuius ego iudicium non comprehē-
do. Hinc beatus Job cum amicorum de-
rogantium linguas inter dolores vulne-

rum patere faculo verberum: cogitatione pri-
mus ad conscientiam recurrit: atque ubi me-
te solidam haberet: asperxit dicens: Ecce
enim in celo testis meus: et conscius me-
us in excelsis. Job. 15. Qui etiam subdit
Verbo mei: amici mei: ad deum stillat
oculus meus. Ibidem. In omne enim quod
de nobis dicitur: semper taciti recurrere
ad mentem debemus: interlorem testem
et iudicem querere. Quid enim prodest si
omnes laudent: cum conscientia accusat?
Aut quid poterit obesse si omnes nobis de-
rogent: et sola nos conscientia defendat?
Beatus ergo Job inter linguas derogan-
tium inflexa mente persistens: quia in ter-
ra se impugnari falsis sermonibus vidit:
in celo testem quesivit. Hinc Esaias ait:
Popule meus qui beatificant te: ipsi deci-
piunt te: et viam gressuum tuorum dissipant.
Esaias. 3. Qui videlicet populus ne ver-
ba sue laudis attenderet: et in culpis alius
periret: statim ei dicit: que aspiciat: cuius
iudicium pertimescat: cum subdidit. Stat ad lux
dicandum prius: stat ad iudicandum populos
Ibidem. Ac si aperte diceret: Iudicia hu-
mana cur sequeris: qui stare super te cele-
stem iudicem scis? Hinc est quod Iohannem
baptista veritas esse arundinem vento agi-
tatum negat dicens: Quid existis in des-
erto videre arundinem vento agitatum?
Mathei. 11. Quod quia negando dixe-
rit non affirmando: subiuncta verba testa-
tur. Aut enim: Quid existis videre
in desertum hominem mollibus vestitum:
ecce qui mollibus vestiuntur in domibus
regum sunt. Luce. 7. Arundo autem ven-
to agitata modo statibus erigitur: modo
statibus inclinatur. Omnis autem infir-
mus animus: qui vel derogatione deijci-
tur: vel laudibus exaltatur: arundo ven-
to agitata est: quod Iohannes non erant
quia inflexibilem mentis verticem inter
laudes hominum: et derogationes tene-
bat. Sed magna inquisitionis re indigeret
cum recti operis viam tenemus: utrum sem-
per despiciere derogantium verba debeamus
an certe aliquando compescere. De qua

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

re sciendū est: quia linguas detrahētū si-
cut nostro studio nō debemus excitare ne
ipī pereant: ita per suā maliciā excitaras
debemus equanimiter tolerare: vt nobis
meritū crescat. Aliquī autē etiam cōpescē-
re: ne dū de nobis mala dissemināt: eorū
qui audire nos ad bona poterāt corda in-
nocentiū corrumpāt. Hinc est etiā qđ lo-
hānes obrectatoris sui linguā redarguit
dicens: His qui amat primatū gerere in
eis vlotrepes nō recipit nos: ppter hoc
si venero cōmouēā eius opera que facit:
verbis malignis garriēs in nos. 3. Job.
2. Hinc paulus iterū detrahētibus corin-
thijs loquit̃ dicens. Epistole inquit gra-
ues sunt et fortes: p̃sentia autē corpis in-
firma: et sermo cōtempnibilis hoc cogitet
qui hmoi est: quia quales sum⁹ in verbo
per epistolas absentes: tales et p̃sentes in
opere. 2. Corin. 10. Hi etem quoz vi-
ta in exemplo imitatiois est posita: debēt
si possunt detrahentiū sibi verba cōpescē-
re: ne eoz predicationē nō audiāt: qui au-
dire poterāt: et in prauis morib⁹ remanen-
tes bene viuere cōtempnant. Sed hac in-
re subtili inquisitione necesse est: vt semet-
ipm̃ animus inuestiget: ne fortasse sue lau-
dis gloriā querat: et animarū lucra se que-
rere nostra cogitatio simulet. Sepe enim
sunt nōis laude anonus pascit: et quasi sub
obtentu lucrorū spiritaliū: cū de se bona
dici cognouerit letat. Et sepe sue glorie
defensionī cōtra detrahētes irascit: et fin-
git sibi met qđ hoc ex eoz zelo faciat: quo-
rū corda a bono itinere detrahētis sermo
perturbat. Illi ergo debēt magnopere cu-
rare: ne cōtra eoz opinionē detrahentiū
verba preualeāt: qui suā conscientia sub-
tiliter discutiētes se in ea inueniūt de amo-
re puate glorie nihil habere. Hinc est etiā
qđ iusti itaq; perfecti aliqui virtutes suas
p̃dicāt: bona que diuinit⁹ acceperūt nar-
rant: nō vt ipī apud homines sua offensio-
ne p̃ficiant: sed vt eos quib⁹ predicant:
exemplo suo ad vitā trahant. Unde pau-
lus ap̃lus quōtiēs fustibus cesus: quoti-
ens lapidatus: quōtiēs naufragiū pertu-

lit: quāta pro veritate sustinuit: qđ ad ter-
rū celū raptus: qđ in paradysum ductus
sit corinthis narrat. 2. Corin. 11. vt eos
rū sensum a falsis p̃dicatorib⁹ auertat: vt
dū se innotesceret qualis esset: illi eis vi-
lescerēt: quos ab eis cognouerat inique
venerari. Qđ perfecti etiā faciūt: id est cū
virtutes p̃pilas locunt: in hoc quoq; oī-
potentis dei imitatores sunt: qui laudes
suas homib⁹ loquūt: vt ab homib⁹ co-
gnoscat. Nam cū scriptura als scriptura
sancta precipiat dicēs: Laudet te alien⁹
et nō os tuū. Proverb. 37. Quomodo fa-
cit ip̃e quod p̃hibet? Sed si virtutes su-
as om̃ipotens dñs taceret: cū nullus ag-
nosceret: nullus amaret: si nullus amaret
nullus ad vitā rediret. Unde et per psal-
mistā de eo dicit: Virtutē operū suoz an-
nūciabit populo suo: vt der illis heredita-
tem gentiū. ps. 128. Virtutes ergo suas
annūciat: nō vt laudibus suis ip̃e p̃ficiat
sed vt hi qui hūc ex sua laude cognouerit
ad perpetuā hereditatē veniāt. Iusti itaq;
atq; perfecti nō solum cū vituperatio-
nis sue verba reprehendūt: sed etiā cū vir-
tutes quas habēt in firmis locunt rep̃hen-
sibiles nō sunt: quia per suā vitam quā re-
ferunt: alioz animas ad vitā querūt. De
quibus tñ sciendū est: qđ nunq; bona sua
detegūt: nisi eos vt dixi: aut proximoz vit-
lras: aut certe nimia necessitas cogat.
Unde paulus ap̃lus cū virtutes corinthis
enumerasset: adiūxit. Factus sum inisi-
p̃ns: vos me coegistis. 2. Corin. 12.
Fit vero aliquādo vt necessitate cōpulsū
in bonis que de se referūt: non alioz vtili-
tatē sed suā requirant. Sicut beatus iob
facta sua enumerat dicēs: Oculus fui ce-
co et pes claudus: pater erā pauperū: et cau-
sam quā nesciebā: diligentissime inuesti-
gabā. Job. 29. Et multa alia que se pie
egisse cōmemorat. Sed quia in vulnere
volozis positus: ab amicis increpātib⁹
impie egisse: et violentus p̃ximis atq; op-
pressor pauperū fuisse dicebat: vir sanct⁹
inter flagella dei et humane increpationis
verba dep̃densus: mentē suam grauiter

adcuti: atq; ad desperatiōis fouea conspe-
xit impelli: qui iam itaq; cadere poterat:
nisi ad memoriā sua beneacta reuocasset:
vt ad spem ania reduceret: ne oppressus
verbis et vulneribus in desperatiōe peri-
ret. Quod ergo bona sua enumerat: non
inotescere alijs quasi ex laude desiderat:
sed ad spem animū reformat. Iusti itaq;
sicut sine arrogātia locunt aliquādo bona
que agūt: ita sine zelo priuate glorie de-
trahentiū sibi linguas redarguūt: quia no-
xia locunt. Cum vero lingue derogantiū
corrigi nequeūt: equanimiter sūt per om-
nia tolerandes: nec obtrecciōis sermo ti-
mendus est: ne dū vituperatio peruerforū
metuit: recti operis via dēseratur. Unde
nūc ezechieli propheta dicit: Sermones
eorū ne metuas: quia increduli et subuer-
sores sunt tecū. Minus autē mali esset: si
bi qui sūt increduli: subuersores minime
fuissent: quia em̄ ipsi vel celestis regni p-
mia: vel gebēne esse supplicia nō credūt:
in suis prauitatibus dimissi: a fide et ope-
re etiā alios subuertūt: vt regnū quod ipsi
capere ab appetere non volūt: ne alter as-
sequat. Di nāq; cū teneriores quosdā bo-
na incipere: mala iam deuitare cognoue-
rūt: modo irridēdo quod in celis pmitti-
tur: modo despiciētes quod deus om̄is po-
tēs de inferni supplicijs minat: mō lau-
dando bona temporalia et delectatiōes pre-
sentis seculi callida persuasione pollicen-
do: defectunt mentes innocentū: eo: tūq;
stina peruertūt. Gaudēt si quos potue-
rint a vita reuocare: ad mortē trahere: les-
tant in prauitatibus suis: exultāt in alle-
niis. His nimirū pena sua non sufficit: qui
agūt ne soli moriant. At si fortasse iustum
quēpiam tāte iam virtutis inuenerint: vt
ei loqui cōtraria non presumāt: quia sub-
ueriores esse nō possūt: statim scorpiones
sunt. Scorpio em̄ palpendo incedit: sed
cauda ferit: nec mordet a facie: sed a poste-
rioribus nocet. Scorpiones ergo sūt om-
nes bladi et maligni: qui bonis quidē in-
faciē nō resistūt: sed mox vt recesserint de-
rogāt: alios quos valuerint inflammāt:

queq; possunt noxia immittūt: mortifera
inferre occulte nō desinūt. Scorpiones ergo
sunt: qui blandi et innoxij in facie vis-
dent: sed post dorsum portāt vnde vene-
num fundant. Qui em̄ in occulto ferūt:
quasi mortē latenter trahūt. Unde et etiā
per psalmistā dicit: Circumdederūt me si-
cut apes: et exarserūt sicut ignis in spinis
ps. 117. Apes enim in ore mel habēt: in
aculeo caude vulnus. Et om̄es qui lin-
gua blandiunt: sed latenter ex malicia fe-
riūt: apes sunt. Quia loquēdo dulcedi-
nē mellis proponūt: sed occulte feriendo
vulnus inferūt. Ista vero faciēs exarde-
scūt sicut ignis in spinis: quia per flāmas
detrahentiū non iustorū vita cōburit: sed
si que eis inesse poterant: peccatorū spine
cōcremant. Dicat ergo: Increduli et sub-
ueriores sunt tecū: et cū scorpionibus ha-
bitas. Increduli scz deo: subueriores v-
ero infirmatibus p̄mis. Scorpiones au-
tem etiā fortibus ac robustis. Quibus et
si in facie cōtradicere nō presumāt: ex oc-
culto tamen vulnus derogatiōis inferūt.
Increduli quippe simul et subueriores et
scorpiones sunt: quia et audita ea que dei
sunt nō credūt: et eos quos preualēta bo-
nis moribus subuertūt: et quos inflectere
nō valent: occultis machinatiōibus feri-
unt. Quia in re hoc quoq; notandū est:
quia cū pphete dicit: increduli et subuer-
sores sunt tecū: et cū scorpionib⁹ habitas:
nobis cōsolatiōis medicamentū proferet:
quos sepe tedet viuere: dū nolumus cum
malis habitare. Querimur etem̄ cur nō
om̄es boni sunt qui nobiscū viuūt. Mala
proximorū ferre nolumus: om̄es sanctos
iā debere esse decernim⁹: dū esse nolum⁹
qd ex p̄mis porremus. Sed hac in re
luce clarius patet: dū malos portare ren-
nuimus: q̄ multū adhuc ipsi de bonis mi-
nus habeamus. Neq; em̄ perfecte bonus
est: nisi qui fuerit et cū malis bonus. Hinc
beatus iob de semetipso asserit dicens: Fra-
ter fui draconum: et socius strutionū. Job
30. Hinc paulus ap̄lus dicit: In medio
natiōis prauę et peruerse: inter quos luce

5

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

tis sicut luminaria in mūdo. **Philip. 2.**
Hinc petr⁹ gregis dñici pastor dicit: **Iu-**
stū loth oppressum a nephandoz in iuria
cōuersatiōe eripuit: aspectu em̄ et auditu
iustus erat habitās apud eos: qui de die
in diē animā iusti iniquis operibus cru-
ciabāt. **2. Petri. 2.** Sepe vero cū de vita
proximoz querimur: mutare locū cona-
mur: secretū vite remotioris eligere: vide-
licet ignorātes: quia si desit spirit⁹ nō ad-
iuuat locus. **Idem** em̄ loth de quo loqui-
mur in 3odomis sanctus extitit: in monte
peccauit. **Gen. 19.** Quia autē loca mentē
non muniūt: ipse humani generis primus
testat⁹ parens: qui et in paradiso cecidit.
Sed minus sunt oīa que loquimur ex ter-
ra. **Nā** si locus saluare potuisset: sathā de
celo nō caderet. **Unde** psalmista vbiq; in
hoc mūdo temptatiōes esse conspiciens:
quesiuit locū quo fugeret: sed sine deo in-
uenire nō potuit munitū. **Ex** qua re et ip̄s
sibi locū fieri petijt: propter quē locū que-
siuit dicens: **Non** mihi in deū protectore
et in locuz munitū als in domū refugij vt
saluū me facias. **ps. 30.** Tolerandi ergo
vbiq; sunt primi: quia abel fieri nō valet
quē cayn malicia non exercet. **Unū** vero
est pro quo vitari societas debeat maloz
ne si fortasse corrigi nō valeant: ad imita-
tionē trahāt: et cum ip̄i a sua malicia non
mutant: eos qui sibi coniuncti fuerint: per-
nerāt. **Unde** paulus ait: Corrupti mo-
res bonos colloquia mala. **1. Corin. 15.**
et sicut per salomonē dicit: **Noli** esse ami-
cus homini iracūdo: nec ambules cū viro
furioso: ne forte distas semitas eius: et su-
mas scandalū anime tue. **Proverb. 22.**
Sicut ergo perfecti viri peruersos proxi-
mos nō debent fugere: quia et eos sepe ad
rectitudinē trahūt: et ip̄i ad peruersitatē
nunq̄ trahunt: ita infirmi quicq; societate
declinare debēt prauoz: ne mala que fre-
quēter aspiciūt: et corrigere nō valent: de-
lectent imitari. **Sic** em̄ verba proximoz
audiēdo quotidie sumimus in mente: si-
cut flando atq; respirādo: aerē trahimus
corpe: et sicut mal⁹ aer assiduo statu trabē

do als tractus inficit corpus: ita peruo-
sa locutio assidue audita: infirmantiū in-
ficit animū vt tabescat delectatione prauū
operis: assidui iniquitate sermonis. **seq̄t.**

Verba eorū ne timeas: et vul-
tus eorū ne formides: quia do-
mus exasperans est.]

Ideo boni timēdi sunt: ne offendant ne
fortasse pro eis als ne forte per eos ille p-
uocet ad irā qui eorū corda semper inba-
bitat. **Nam** sicut superius dictū est: si ma-
los offendimus: timere minime debem⁹:
quia illis nostra actio displicet: quib⁹ nec
iusticia creatoris placet. **Quid** ergo timē-
dū est si nobis ingrati sunt: qui deo amas-
biles nō sunt. **Unde** recte nūc dicit.

Verba eorū ne timeas: et vul-
tus eorū ne formides: quia do-
mus exasperans est.]

Ne si aperte diceret: Timendi essent ni-
si me in suis actibus exasperet. **De** quib⁹
adhuc subdit.

Loqueris ergo verba mea
ad eos si forte audiāt et quiescāt
quia irritatores sunt.]

Omnis qui peccat: quid aliud q̄ condi-
toris sui in se iracundiā irritat? et scimus
quia quoties actus: quoties verborum: quoti-
ens cogitatio delinquimus: deū contra
nos toties irritamus: sed tamē sustinet et
clementer expectat per patientiā: per pre-
dicatores autē suos verbū nobis exhorta-
tiōis prerogat. **O**mnis autē q̄ recta p̄dicat
si audifiram irritati creatoris super p̄ua-
ricatores populū placat. **Unde** necesse est
vt ip̄e non debeat agere malū: quod solet
in populo furore cōditoris sui irritare: p-
pter qd iam subdit.

Tu autem fili hominis audi
quēcūq; loquor ad te: et noli esse
exasperans sicut domus exaspe-
ratrix est.]

Idest mala que fieri cōspicis: ip̄e non fa-

claus ne hoc qđ prohibere mitteris: ipse cōmittas. Omnis etenim predicator intenta semper debet mēte pensare: ne qui missus est lapsos stringere alio erigere: ipse in prauidate operis cū lapsis cadat: et pauli hūc apostoli sententia feriat dicētis: In quo aliter iudicas teipm cōdempnas. Ro. 12. Unde Balaā dei spiritu repletus ad loquendū: sed tamen in carnalē vitā suo spiritu detētus: et semetipso loquitur dicens: Dixit auditor sermonū dei: qui nouit doctrinā altissimi: et visiones omnipotentis videt: qui cadens apertos habet oculos. Num. 22. Cadēs apertos oculos habuit: qui rectū quod diceret vidit: sed recte viuere alio videre cōtempnit. Cadens videlicet in peruerso opere: et apertos habēs oculos in sancta predicatione. Est tamen aliud qđ possit intelligi cur beatus Ezechiel qui ad predicationē missus esse exasperas prohibet: nisi em ad loquēda verba cū mittebat obediret: omnipotentē dominū sicut populus de peruerso opere: sic ppheta de suo silentio exasperasset. Nam sicut mali ideo deū exasperāt: quia locuntur vel faciūt mala: ita nōn qđ boni exasperāt: quia reticent bona. Illis itaq; culpa est peruersa agere: istis recta reticere. In hoc ergo cū malis etiā boni simul deū exasperāt. Quia cū peruersa nō increpāt eis per suū silentiū proficiendi licentiam prestant. Sequit̃.

Aperi os tuū et comede quecumq; do tibi.]

Aperimus os nostrū cū recta loquimur et comedim⁹ que a deo accipimus: quia et tribuit et auget in nostris sensibus cib⁹ vite: cū predicare ceperimus. Unde ppheta alius dicit: Os meū aperui: et attraxi spiritū. ps. 118. Non est spiritū attraheret: nisi os aperiret: quia nisi ad predicationē proximis se impenderet: spiritualis doctrine in eo gratia nō creuisset. Sequit̃.

Et vidi et ecce manus missa ad me: in qua erat inuolutus liber: et expandit illū corā me qui

erat scriptus intus et foris.]

Sicut per pphetā predicator ordo: sic per librū quē accepit: scripture sacre pagine designant. Liber autē inuolutus est: scripture sacre eloquiū obscurū: qđ profunditate sententiarū inuoluit: vt non facile sensu omnīū penetret. Sed corā prophetā liber expandit: quia corā predicatoribus sacri eloquiū obscuritas aperit. Inuolutū librū man⁹ dei porrexit: cū euangelista dicebat: Simile factū est regnū celorum homini qui seminauit bonū semen in agro suo: cū autē dormirēt homines: venit inimicus eius et supseminauit zizania in medio tritici et abiit. Cum autē creuisset herba et fructū fecisset: tūc apparuerūt et zizania. Matth. 13. et reliqua que charitas vestra etiā me reticēte reminiscit. S. librū quē inuolutū ostenderat expandit: cū hoc qđ per enigmata loquebat: exposuit dicens: Qui seminauit bonū semen est filius hominis: ager autem est mūdus: bonū vero semē hi sunt filij regni: zizania autē filij sunt neq̃: inimicus autē qui seminauit ea est dyabolus: messis vero cōsumma: neq; seculi est: messores autē angeli sunt. Sicut ergo colligunt zizania et igne comburunt: sic erit in cōsummatōe seculi. Inuolutus itaq; liber expandit: quādo hoc qđ obscure prolātū fuerat: per latitudinē intellectus aperit. Hunc inuolutū librū veritas expādit: quādo in discipulis egit qđ scriptū est. Tūc aperuit illis sensum vt intelligerēt scripturas. Luc. 24. De quo hic libro subdit.

Qui erat script⁹ intus et foris.]

Liber est sacri eloquiū intus et foris⁹ est per allegoriā: foris per hystoriā: intus per spiritālē intellectu: foris autē per sensum littere simplicē: adhuc infirmitatibus cōgruentē. Intus qz inuisibilia pmitit: foris qz visibilia pceptoz suoz rectitudine dispōit. Int⁹ qz celestia pollicet: foris atq; terrena pceptibilia quali sint: vel in usu hūda: vel desiderio fugiēda pcpit. Alia nāq; de secretis celestib⁹ loq̃t: alia de exteriorib⁹ actiōibus iubet. Et ea quidē

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

que foris precipit patet: sed illa que de in-
ternis narrat plene apprehendi nequeunt.
Unde scriptum est. *Extendēs celū sicut pel-*
lem qui tegis aq̄s superiora eius. ps. 103.
Quid em̄ celi nomine: nisi sacra scriptu-
ra signat? De qua nobis et sol sapientie et
luna sciētie: et ex antiquis patribus stelle
exemplorū atq̄ virtutū lucent. Quod sicut
pellis extendit: quia per scriptores suos
carnis lingua formatū ante oculos n̄ros
per verba doctorū exponendo displicat.
Quid vero aquarū nomē: nisi sanctissi-
mū angelorū signant cboro. De quib⁹ scri-
ptū est. *Et aque que super celos sunt: lau-*
dēt nomen dñi. ps. 149. Huius ergo ce-
li superiora dñs aquis tegit: quia alta sa-
cri eloquiū: id est ea que de natura diuini-
tatis: vel de eternis gaudijs narrat nobis
adhuc nesciētib⁹ solis angelis in secre-
tō sunt cognita. Celi ergo hoc et corā no-
bis extendit: et tamen in aquis superiora
eius contingunt: quia et quedā sacri eloquiū
iam nobis per apertionē spiritus patet: et
quedā que solis angelis possunt esse ma-
nifesta: nobis adhuc seruant occulta. De
quibus tamē occultis iam partē per spiri-
talem intelligentiā sentimus: iam sancti
spiritus pignus accepimus: quia alio qui
hec et plene necdū cognouimus: et tamen
medullitus amamus: et in multis spirita-
lib⁹ sensib⁹ quos iam cognouim⁹: veri-
tatis pabulo pascimur. Picat ergo. Qui
erat scriptus intus et foris: quia in sacro
eloquio et dictis occultioribus atq̄ subli-
miorib⁹ satant fortēs: et p̄ceptis apertio-
rib⁹ nos paruuli nutrimur. Unde scri-
ptū est. *Montes excelsi cerule: petra refu-*
giū herinacijs. ps. 103. Habeāt em̄ mon-
tes intelligentie: qui iam contemplatiōis
saltus sicut cerui dare nouerūt: sed petra
sit refugium herinacis: quia nos paruuli et
peccatorū nostrorū spinis cooperti: et si in-
telligere alta nō possumus: in petre no-
stre refugio: id est in xpi fide saluamur. An-
de et quib⁹dā dicit. *Nihil iudicauit me*
fecisse inter vos: nisi xpm̄ iesum et hūc cru-
cifixū. 1. Corinth. 2. Ac si diceret. Quia

vos capere diuinitatis eius mysteria nō
posse pensauit: sola vobis hūanitatis eius
infirmā locutus sum. Sequit̄.

Et scripta erant in eo lamen-
tationes et carmen et ve.]

Carmen aliquādo in bono: aliquādo ve-
ro in malo dici alio accipi dubiū nō est: quia
et letū carmen et lugubre carmē dicere pos-
sumus. Sed nos scripture sacre vsum se-
quētes: que pene semp carmen ponere in
p̄peris solet: hoc in loco pro bona parte
dictū carmen accipimus. Nam cū omnia
portēs deus populū suū de mari rubro li-
berasset. Scriptū est. *Tūc moyses et filij*
israhel cecinerūt carmen dño. Exod. 15.
Et cū dauid victoriā de hostibus fecisset:
scriptū est. *Locut⁹ est dauid dño.* Ps. car-
mis huius. 2. Regū. 22. Salomō quoq̄
ait: *Acetū in nitro: et qui cantat carmina*
corde pessimo. Prover. 25. *Acetū quip̄*
pe si mittat in nitro: feruescit nitru potius
nus et ebullit. Et peruersa mēs quando
per increpationē corripit: aut per predica-
tiōis dulcedinē bona suadentiū: de core
priōe sit deterior: et inde in murmuratiōis
iniquitate succendit: unde debuit ab iniqui-
tate cōpelci. Per helyū quoq̄ de ingrato
ac sese desperāte dicit. *Et nō dixit: ubi est*
deus qui fecit me qui dedit carmīa in nos
etc. Job. 35. Carmen quippe in nocte est
leticia in tribulatiōe. Carmen autē in no-
cte accipimus: quādo in pressuris presen-
tibus de futuris gaudijs cōsolamur. Car-
mē nobis in nocte ostendebat aplūs cum
dicebat. *Spe gaudētes in tribulatiōe pa-*
tientes. Rom. 12. Carmen in nocte se da-
uid habere indicat dicens. *Tu mihi es re-*
fugium a pressura que circumdedit me exulta-
tiō mea: redime me a circumdantibus me.
ps. 31. Qui em̄ circumdare se pressuris nar-
rat: et tamen deū sibi esse exultationē no-
minat: pculdubio carmen in nocte can-
tat. Quia igit̄ pene semper in bono car-
men ponere scriptura sacra cōsuevit: ita
nobis etiā in hoc loco debet intelligi. *De*
aut in scriptura sacra sepius de eterno lu-

etū q̄ presenti solet intelligi. **Unde scri-**
ptū est. **De impio in malo: retributio em̄**
manuū eius fiet ei. **Esai. 5. Et beat⁹ iob**
loquit̄ dicens: Si impius fuero ve mihi
est. Si autē iustus nō leuabo caput satū:
ratus afflictioe ⁊ miseria. **Job. 1. Iustoz**
em̄ afflictio temporalis est. **De ergo quod**
dixit: a tempore afflictioe distinguit̄ qui ⁊
iustū afflictionē ⁊ impiū ve habere perhi-
buit. **Per semetip̄am quoq; veritas dicit**
De mūdo ab scandalis. **Mat. 18. Et ve**
vobis qui ridetis: quoniā flebitis. **Luce**
6. Et ve pregnātib⁹ ⁊ nutricib⁹ in il-
lis dieb⁹. **Mat. 23. Pensandū nobis er-**
go est quomodo hec tria in sacro volumi-
ne scripta sint: lamentatiōes carmē ⁊ ve.
Lamentatio videlice: quia in eo cōscripta
est penitentia peccatoz. Carmen vero:
quia ibi p̄nūciant̄ gaudia iustoz. De au-
tē: quia illic expressa est dampnatio repro-
boz. **Et ergo peccata punias: lege que ī**
hoc volumine scripta sunt lamēta. **Scin-**
dite corda vestra ⁊ nō vestimēta vestra.
Johel. 2. Et rursus. Miseri estote ⁊ lū-
gete: risus vester in luctū cōuertere: ⁊ gau-
diū in merorē. **Jacob. 4. Et autē in pro-**
missione gaudij sequētis hylarescas: co-
gnosee que in hoc volumine scripta sun-
t carmina laudis eterne. **Beati qui habitāt**
in domo tua dñe: in seculū seculi lauda-
būt te. **ps. 83. Et sicut per quendā sapien-**
tē de celesti hierusalē dicit̄: Ex lapide pre-
cioso ⁊ mūdo oēs platee ei⁹ sternē ē: ⁊ per
omnes vias eius allelūa cantabit̄. **To-**
bie. 13. Hoc nobis carmē celestis patrie
nūciare ciues eius venerāt: qui cōcordi-
ter clamabāt: Gloria in excelsis deo: ⁊ in
terra pax hominib⁹ bone voluntatis. **Luce.**
2. Sed si adhuc p̄senti seculo mēte he-
res: si adhuc terrenis voluptatibus dele-
ctaris: amare nō potes gaudia et̄na que
audis. **Cognosce ergo in hoc volumine**
ve qd̄ in eo scriptū est: atq; ab animo per-
timorē expelle qd̄ diligis: vt possis ex in-
dicio carmen amare qd̄ legis. **Ibi quippe**
sub vni⁹ dampnati specie multitudo om-
nīs exprimit̄ reproboz: cū voce veritatis

dicit̄: Ligatis pedibus eius ac manibus
mittite eū in tenebras exteriores: illic erit
fletus ⁊ stridor dentū. **Mat. 22. Tūc**
em̄ reprobi in exteriores tenebras cadūt
quia nūc in interioribus suis se sponte des-
lecerūt: vt veritatis lumē: nec credendos:
nec bene operādo sequerent̄. **In quibus**
ligatis pedib⁹ ac manibus mitti precipiū
tur: quia nūc dū tempus operādi atq; cur-
rendi est: habere manus ⁊ pedes liberos
in bona actioe noluerūt. **Ibi ve reprobo-**
rū scriptū est. Vermis eoz non moriet̄: et
ignis eoz non extinguet̄. **Esai. 66. Ibi**
dampnatis ac repulsis dicit̄: Discedite a
me maledicti in ignē eternū: qui prepara-
tus est dyabolo ⁊ angelis eius. **Mat. 25**
In hoc itaq; volumine cūcta que edificant
oīa q̄ erudiūt: scripta cōtinent̄. **Peccasti**
em̄ ⁊ iā te penitet illicita p̄petrasse: vt ad
agendā penitentiā docearis: ibi inuenis
lamēta. **Spe celestij gaudij mentē re-**
leuare desideras: ibi ad cōsolationē tuā
inuenis carmē. **Sin vero mala perpetrā-**
sti: ⁊ hec te perpetrāsse nō penitet: sed cer-
uicē mentis erigis: ad nulla penitētie la-
mentatiōes inclinares: nulla celestij gau-
dij expectatiōe corrigeris: velis nolis
ibi scriptū auditurus es ve: vt quē nec tē
mor ad penitentiā humiliat: nec spes ad
superna premia exaltat: dampnatiōis sue
tam nūc penā prospiciat: ⁊ sine excusatio-
ne in eternū supplicij cadat. **Quid igit̄**
fratres: quid agendū est miseris nobis: ni-
si vt euigilemus ad hui⁹ verba voluminis:
⁊ mala que nos egisse meminit⁹: fletib⁹
puniāmus: vt per lamēta penitentie per-
ueniamus ad carmē vite. **Ne si affligi mo-**
do penitēdo volumus: ve postmodū sine
sine sentiamus. **Hec nos nostroz vulne-**
rū multitudo in desperationē deprimat:
quia maior est potētia medici q̄ magnitudo
languoris nostri. **Quid est em̄ qd̄ res-**
parare ad salutē nō possit: qui potuit om̄
nia ex nibilo creare: Unigenitus quippe
est om̄ipotentī patri cōeternus: qui cū eo
viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti: q̄
om̄ia secula seculozum amen.

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielcm

Explicit omelia. IX.

Incipit Omelia. X. in qua interpretatur tertium capitulū: a principio vsq; ad illā partē. Et veni ad transmigratiōē.]

Solent quidā scripta alīs scripturā sacri eloquij legētes: cū sublimiores eius sentētiās penetrāt: minora mādāta que in firmioribus data sunt: tumētī sensu despicere: et ea velle in aliū intellectū permurare. Qui si recte in eo alta intelligent: mādāta quoq; minima despectui nō haberēt. Quia diuina precepta sic in quibusdam locunt magnis: vt tamē in quibusdam cōgruant paruulis qui per incrementa intelligētie quasi quibusdam passibus mentis crescāt: atq; ad maiora intelligēda perueniāt. Unde nūc sancto propheta dicitur.

¶ Fili hominis quodcūq; inuenieris comede.]

¶ Quicquid est in sacra scriptura inuenitur credendū est: quia et eius parua simplicē componūt vitā: et eius magna subtilē edificāt intelligentiā. Sequit.

¶ Comede volumē istud et vade loquere ad filios israel. Et aperui os meū: et cibauit me volumine illo.]

¶ Scriptura sacra cibus et potus est. Unde etiā per prophetā alium dominus nūciat. Mittā famem in terrā non famē parui: neq; sitim aque: sed audiēdi verbū domini. Amos. 8. Qui ergo subtracto suo eloquio fame ac siti nos dicit atteri: quia eius verba et cibus noster et potus sint demonstrat. Sed notandū qđ aliquādo cibus: aliquādo potus sunt. In rebus est obscurioribus que intelligi nequeūt: nisi exponant: scriptura sacra cibus est: quia quicquid exponit vt intelligat: quasi mādāt vt glutiat. In rebus vero apertiorib;

potus est. Potū enim nō mandendo glutimus. Apertiora ergo mādāta bibimus quia etiā non exposita intelligere valem. Pro eo autē quod multa ezechiel ppheta obscura atq; perplexa auditurus erat: nequāq; ei de sacro volumine dicit bibere: sed comedere: ac si diceret: Pertracta et intellige: id est prius mādē et tunc degluti. Sed in verbis sacri eloquij iste debet studiū nostri ordo seruari: vt hec ideo cognoscām quatenus de iniquitate nostra cōspuncti: cognoscētes mala que fecim: vitemus: ne alia faciamus. Et cū iam ex magno vsu lachrymarū de peccatorū remissioe ceperit esse fiducia: per verba dei que intelligimus: ad vitā quoq; et alios trahamus. Ad hoc etiā intelligēda sūt: vt et nobis p̄sint: et intentioe spiritali alijs cōferant. Unde bene nūc dicit: Comede volumē istud et vade loquere ad filios israel. Ac si ei de sacro cibo diceret: Comede et pascere: saturare et eructa: accipe et spargere: cōfortare et labora. Et notandū qđ ppheta subiūgit dices: Et aperui os meū: et cibauit me volumē illo. Os in corde esse alijs ppheta testat dicens: Labia dolosa in corde: et corde locuti sūt mala. Ps. 120. Ergo aperimus: quādo sensum ad intelligentiā sacri verbi preparamus. Itaq; ad vocē dñi propheta os aperit: quia ad spiramentū domici p̄cepti cordis nostri desideria inbiant: vt de cibo vite alius quid sumāt. Sed tamen hoc ipm sumere nostrarū virtū non est: nisi ipse cibauerit qđ vt comedat iussit. Ille etenim cibāt qui per se edere nō potest: et quia ad capiēda verba celestia ydonea nostra infirmitas non est: ipse nos cibāt qui nobis in tempe mēsurā tritici temperat: quatenus in sacro verbo dñi hodie intelligim: quod hesternodie nesciebam: cras quoq; cōprehendimus: qđ hodie nescimus: per diuine dispensatiōis gratiā: quotidiano alimento nutriamur. Omnipotēs est deus quasi totiens ad os cordis nostri manū porrigit: quotiēs nobis intellectū aperit: et cibū sacri eloquij in nostris sensibus mittit. Et